Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



lxxvi

Omnipotens creatrix. ut cibi salubris fiat tuis fidelibus in tua gratiarum actione sumentibus. ℣ Benedictio panis

Benedic domine creaturam istam panis. sicut benedixisti quinque panes in deserto. ut fideles tui ex eo gustantes. accipiant tam corporis quam animae sanitatem. Qui unus

Extendat super hanc creaturam panis benedictio dei patris & filii. & spiritus sancti. ut quicquid ex eo sumpserint. accipiant sanitatem mentis. tutelam salutis. integritatem corporis. securitatem spei. corroborationem fidei. firmitatem spiritus sancti. hu-
in eterna secula seculorum. Amen ℣. Ad quecumque uolunt

Benedic domine creaturam istam. ut sit remedium salutare humano generi. & prestet per inuocationem nominis tui. ut quicumque ex ea sumpserint. corporis sanitatem. mentis tutelam percipiant. ℣. Creator & conseruator humani generis

Creator gratiae spiritualis. largitor eternae salutis. mitte domine uirtutem spiritus tui super hanc creaturam tuam. ut armata celesti defensione. qui ex ea gustauerint. proficiat illis ad eternam salutem. ℣ dominum nostrum. Benedictio. Episcopi.

Exaudi nos domine preces nostras. & hunc ensem. quo hic famulus tuus precingi desiderat maiestatis tuae dextera benedicere dignare. quatenus defensio amicis prestare possit. et hostibus. amicis. uiduis. orphanis. omnibus qui sunt in tua custodia. paganis. abiis qui in fide tua sint pauci. sint tuti. & fortes. ℣ dominum Super Iuuenes

Famulum tuum nos domine munere benedictionis tue prosequere ut hunc ensem quem ad tuae pietatis [illegible] defendendum [illegible] tuae custodiae. ℣ dominum nostrum

Benedic domine sancte pater per inuocationem sancti tui nominis